

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Jonstoni|| Theatrvm|| Vniversale|| De Avibvs

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCCLVI.

VD18 90528921

Illustration: Tab. 34. Passer [...]

urn:nbn:de:gbv:45:1-11068



Acta

m Pl.
N.L.
c. 38
n in
de pl.

Ingr.
o Au.
A. l.
19.

p Ida
Var.
l. 13
q Aca
l. E.
Ind.

Inim.
tia.
r Ba.
Ang.
c. 33
s Ad.
l. G.



Aetas pasferum diuersimode definitur. Mares negantur anno diuitius uiuere, argumento, quia nulla ueris initio adpareat nigritudo in rostro, quae ab aestate incipit. Foe-minis longiusculum spatium ait
m. Plin. H. N. l. 10. c. 18. p. in Arift. de plantis.

Plinius. m Albertus id a tempore coitus computat. Scaliger n nullum excedere bimatuum uerisimile esse credit. Ex illis, inquit, pa-rum captatur, minimum capitur, foecundissimi sunt frequentia non magna. Aldrouandus eam ad quadri-ennum extendit, quod columbae etiam falacisimae decimum sextum imo plures adtingant. Cognoscitur aetas ex rostro, cinereum hoc et circa fauces croceum iuuénibus, nigrum ac durum prouectis. *Vox* eorum apud Graecos est *τρεπτίζειν*, quod stridere uertitur. Apud Homerum *τρίζειν*, apud auctorem Philomelae pipere. Rhadiuus cantilla-re dixit. Cum gradiuntur, saliunt.

Ingenium. *o. Atel. H. A. l. 7. c. 19.* *Idem Var. Hist. l. 13. c. 31. q. Acosta. l. 1. Hist. Ind.* si adtendas, ita sunt ti-midi, o ut saepe a somno exciten-tur, ad domorum fastigia concur-runt, ut a suspectis casibus reddan-tur alieni, qui multis periculis pro-babantur obnoxii. Visus *p*, qui ab accipitre impetus in Xenocratis si-num configuit. Taprobanenses q in alto mari emisos terram petitu-ri sequuntur. Euadunt interdum ita domestici, ut ad puerorum manus uocati aduolent. Ad noctuam confugere, dum aucupis artes effu-gere conantur, quod Orus Apollo prodidit, falsum. Quid iis cum nocturnis auibus?

Inimici-tia. Barthol. Angl. l. 12. c. 33. s. Atel. H. A. l. 6. c. 46. Gerunt et *inimicitias* cum uultu-re, r mustela et aliis. Calamody-les, qui ex pasferum genere esse uidetur, folio s cedri perit. Pestem

a milio atque panico, sturnorum pasferumue agmina scio abigi herba, cuius nomen est ignotum, in quatuor angulis segetis defossa, mirum dictu, ut omnino nulla uis intret, inquit Plinius, eodem re-ferente u multi ad remedia eiusdem u *Plin. H.* segetis rubetam noctu aruo circum *N. l. 18. c. 17.* ferri iubent, priusquam farriatur defodique in medio inclusam uase fictili, ita nec pasferem nec uer-men nocere, sed eruendam, priusquam metatur, alas amarum fieri.

Vsus pasferum in *cibis* rarus. Galenus tamen eos alibi cum colum-bis, perdicibus et phasianis inter ci-hos adtenuantes numerat. Alibi au-tumno maxime laudabilem carnem habere testatur et Suidas in deliciis habitas prodit. At Platina x ob *x Platina* nimiam caliditatem male alere, diffi-culter concoqui et libidinem exci-tare ponit. Inuenere et in *remediis* locum. Caro uenerem z excitat et *z Plin H.* rite epilepticis, tympaniticis, re-c. 15. num a calculo uel articulorum ui-a Galen. l. tio laborantibus praescribitur. Idem 6. de *sanc-* de cerebellis et ouis prodidere scri-tate *taen-* ptores. Adeps Nicolai ad tophos da c. 2. emplastro inseritur. Fimus faciem purgat, quae facultas ex maribus agnoscitur, b quod guttatum albi *b Porta I.* et nigris punctulis distinguuntur. *f. Phyto-gnom. c.* Idem cum uino potus uirgam eri git. Cum sputo hominis inlitus ua-rides extirpat, cum adipe porcino inunctus alopeciam sanat. Stoma-chum exsolutum et nauseabundum c inspersus conrigit. Cum oleo cale-facto proximae d auriculae infusus *c Arcchi-* dolorem dentium pellit. Cinis de-apad Ga- len. l. 8. sec. nique pullorum utiliter ad eun- loca c. 4. dem infricatur. *d. Plin. H. N. l. 30. c. 3.*

De Pasferibus in specie:

P V N C T V M I.

De Passere Albo, Flauo, Maculato, Albicilla et Montano.

Passer albus totus est candidus, rostrum pedesque, quae partes flavae sunt, si excipias. Oculorum eti-am nigrum pupillam luteam iris ambit.

Flauus ad Aldrouandum dela-tus totus erat flauus praeter ocu-los, qui nigri. Supra per dorsum, caput, alas et caudam ad casta-neum